Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2291
Quelle:
Copyright:

cit. *Copia mandati vniuersitatis studij pragen.* hujus tenoris: *Reuerendissimis* &c. *Cristannus de prachaticz Canonicus* &c. *Olim paterne glorie splendor* &c. Dati *Prage — M° CCCC° 32°. Die prima mens. Decembr.*

XIII. *fol.* 276. *Eugenius &c. Universis christi fidelibus &c. Deus nouit secretorum omnium optimus perscrutator* &c. Copia *Bullae* exhibitae in *Collect. Concill. Labb.* edit. *Venet.* T. XVII. *col.* 296. Notae temporis, quas Codex non habet, sunt: *Romae* MCCCCXXXIII. 18. *Kal. Jan.*

XIV. *fol.* 280. *Ad instantiam Reverendissimi Domini Cardinalis sancti petri ad vincula* (Joh. Cervantis Hisp. ad Concilium Ablegati) *Basilee* 1434. Redit prima manus *Haselbachii* nostri missi a. 1432. ab Universitate *Vien.* Oratoris ad Concilium, unde et bipertitum hoc Opusculum subscripsit: *Hec — per humillimum Vestre Reuer^me paternitatis Thomam de baselpach Ambass. Universitatis Wyenn.* Pugnat vero in eo pro Autoritate Conciliorum generalium supra Pontificem, hoc ingressu: *Quis dabit capiti meo aquarum fluenta, et oculis meis lacrimarum irriguum* &c. ad deflendas videlicet dissensiones in Ecclesia. Pars I. constat Capitibus VI. Pars II. vero X. Initium C. I. est: *Principale hujus bulle apparet fundamentum, quod summus pontifex sit superior Concilijs generalibus et quod eadem possit regulare pro libito voluntatis* &c. Itaque ansam Scripto dedit *Bulla* quaedam *Eugenii*, quam illam arbitror, qua praecedente anno caussas plurimas a cognitione Concilii ad Curiam Rom. avocavit, quae legitur *Supplem. Mansii T. IV. col.* 826. Scriptum solidum an hactenus Collectorum oculos evaserit, an consulto dissimulatum fuerit, nescio; nullam saltem illius mentionem reperi.

XV. *fol.* 322. *Lugduni 1429. 14. Maij in vigilia pent. post signum* (nuncium) *habitum Aurelianis in depulsum obsidionis Anglicane tractatus domini Joh. de Jarson Cancell. parysien de puella* (Johanna ab Arcu) *et credulitate sibi adhibenda.* Initium: *Presupponendum est in primis quod multa falsa sunt probabilia* &c. Ut edit. *Opp. omn. Amst.* T. IV. *col.* 864. ubi tamen nulla ratione addita pronunciatur *Gersonio perperam ascriptum*, licet in edit. *Paris.* 1606. P. II. *col.* 874. f. dicatur *compilatum a M. Joanne de Gerson*, et in Codice nostro ad calcem descriptum 1435. *in Concilio Basilien.* itaque septimo anno, postquam compositum fuit, quando sane *Basileae* sciri potuit, quid genuinum sit *Gersonii* eodem anno 1429. vivis exemti. Definit in Codice Apologia haec *Puellae Aurelianensis* in his verbis: *et iusticia coram ipso omnibus diebus nostris. Amen.* Itaque abest *Triplex* illa *Veritas* in Editis adjuncta, cujus loco sequitur Dictorum Refutatio inscripta: *Contra que replicantur sequentia.* Atque his Autor *Johannam* superstitionis, quin et haereseos insimulare nititur, concluditque, omnium,